

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae IV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

EPISTOLAE IV.

ARGUMENTVM.

Exspectari a se scribit L. Clodium cum Appii mandatis. suum studium atque officium in omnibus rebus pollicetur. causas, quibus ad eum diligendum adducatur, commemorat. Negotiale principium, reliqua fere moralia.

EXPLANATIO.

Clodio] Praefecto fabrum. epist. 8.

Meum studium erga te et officium] Studio voluntas, officio res ipsa declaratur.

Q. Fabius] Fabiam gentem a Fabio, Herculis filio, dictam, ait Plutarchus. id probare videtur Festus, apud quem scripta sunt haec: *Fonii, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex cana tus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit.* Deinde subiungit: *Alii putant, eum primum ostendisse, quemadmodum vrsi et lupi foueis caperentur.*

Virgilianus] A Virgiliis in Fabios adoptionis iure transierat.

Flaccus] Valeriorum cognomen.

M. Octavius Cn. F.] Qui hoc anno aedilitatem curulem cum M. Coelio petiit. lib. 8. epist. 2.

Libro augurali] De augurum disciplina scripto: de quo sit mentio epist. 9. et 11. et apud Festum.

Amantissime] Amore enim adductus videbatur, ut eum librum ad Ciceronem scripserit.

Misisti] Vnum Appius miserat, reliquos missurum se pollicitus erat. ideo epist. 9. *Velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas.* Et epist. 11. cum scripsisset Appius, confecisse

iam se reliquos libros, ac missurum; respondit Cicero: *Augurales libros ad commune utriusque nostrum otium serua.*

Summa necessitudinis officia] Quae summa esse possunt nostrae coniunctionis officia. Placeret, *summae necessitudinis.*

Constabunt] Non obscura erunt, sed patebunt. epist. sequenti. et lib. 10. epist. 34.

Ex quo tempore] Depositae ab Appio et Cicerone inimicitias iam ante P. Clodii necem, atque adeo ante Appii consulatum, indicat epist. 10. et lib. 2. epist. 13. et oratio pro Milone c. 27.

Duarum aetatum] Senescente iam Pompeio, Bruto iuvene. utrumque cum laude nominat epist. 11.

Filiae tuae socerum] Duo Pompeii filii fuere, Cneus, et Sextus. Appii generum puto Cneum fuisse. nam Sexti coniugem Libonis filiam apud Dionem inuenio.

Generum tuum] Postea Porciam, Catonis Uticensis, auunculi sui, filiam, duxit uxorem, Appii filia dimissa: quod ex epistolis ad Atticum intelligitur.

Collegii] Cum augur uterque esset. lib. 2. epist. 13.

Honrifice a te approbata] Scribo
O 4 pro